



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 47. Aliæ Venetorum victoriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.
minationem pertæsi ad excutiendum eorum jugum, atque ad subeundum pristinum imperium valde propensæ essent, mox Andreas Gritus mille Cataphractos, ac quasdam peditum legiones clam urbi admovit, cumque populus conversis in Germanos armis eorum quamplurimos misere trucidasset, reliquos autem præcipiti fuga in arcem sese recipere compulisset, facile Andreas hujus tumultus occasione decima octava Junii, seu quadragesima secunda die, postquam Imperator urbem occupaverat, eandem suæ potestati subjecit. Hæc victoria tam ingenti lætitia Venetiis accepta est, ut illius memoriam quotannis solemniter recolendam decernerent, quam solemnitatem Veneti hodiedum magnifica prorsus pompa peragunt, ac libertatis suæ recuperationem, necnon Reipublicæ restitutionem celebrant.

§. XLVII.

Alia Venetorum victoria.

Marian. l. 29
n. 85.
Recuperata Patavina urbe, universum illius territorium in fidem Venetorum rediit, qui faustis hisce fortunæ auspiciis opportune usi, Assulam quoque dolo ceperant, quingentis ex Hispanorum præsidio interemptis. Pari quoque furore trucidabant ducentos alios, qui in Castro-

Castro - Francorum stationem agebant, capto etiam Alvardo eorum Præfecto. Præterea Senatus, ut Reipublicæ subditos arctius sibi constringeret, edictum promulgabat, quo populis damna hucusque perpeffa cunctaque toto belli cursu sufferenda reparare pollicebatur. Cum vero promissorum amplitudini fidei constantia minime deesset, Respublica ex libertate sua sat ampla reportavit commoda; quippe pristini ejus subditi hac spe animati nil intentatum relinquebant, ut se, suaque Senatorum obsequio devoverent, unde horum auxilio Veneti plurimum aucti, etiam Leoniacensem urbem situ & opere longe munitissimam inopina irruptione ceperunt, moxque sibi aditum ad Athesim Fluvium atque exinde ad ampliores spes januam aperuerunt.

Sscal. XVI.
A. C. 1509.

§. XLVIII.

*Ludovicus XII. in Franciam
redux.*

Quamvis adeo prospera Venetorum rebus fortuna adspirasset, nihilominus Ludovicus Rex in regnum suum, cum illud ejus præsentiam tunc exigere, reverti constituit: Italix tamen curam cuidam Præfecto reliquit, cui etiam ad tuendas Mediolani ditones septingentos lancearios addidit, dato negotio, ut
Cæsaris

Seysfel hist.
Ludov. XII.
Guicc. lib. 8.